



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 11. Nec pax data, nec incensum adhibitum ex Comitibus & Gallorum  
assensu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæc. XVI. retur, si occasio magis propitia sese of-  
 A. C. 1563. ferret.

## §. XI.

*Nec pax data, nec incensum adhibitum ex  
 Comitis & Gallorum assensu.*

*Pallav. c. 8.  
 num. 9.*

Cum ergo pariter Galli utrumque hunc ritum omitti consentirent, insuper petebant, ut non modo Oratorum nulli, sed neque Legatis, Cardinalibus, aliisque Prælati pax & incensum præberetur: id etiam eorum precibus datum: itaque hac concordia inita Legati ad Ecclesiam rediere, ubi Sacrificium Missæ continuabatur, eo autem abfoluto Lunensis Comes, qui pro more suo omnibus posterior e conventibus excesserat, ipsam Crucem præibat.

## §. XII.

*Paleottus ad Gallorum oppositionem  
 respondere iussus, sed id mun-  
 ris recusans.*

*Pallav. n. I.  
 cap. 9.*

Eadem die omnes Principum Oratores adiere Legatos, alii jus suum defensuri, alii litem componere parati. Præfides vero singulis respondebant, sibi non licere obedientiæ, quam Papæ iussis deberent, deesse: cum autem prævideretur, quod Galli suas oppositiones interponere haud cunctaturi essent,